



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

16. Qantùm laboret Diabolus, ut mox subortas in corde bonas cogitationes
evellat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

ritus inter terram, & calum. Reverà sancta cogitatio à terra hominem elevat, ac suspendit: quòd si in cælo jam cum non constituit pe. fruitionem; ponit tamen per desiderium. juxta illud Apóst. *Nostri conversatio in calis est.*

Phil. 3.

Cogitationis
bona efficietas

Dan. 41.

Cogitationes
nostras bonas
avide arripit
unt Angeli.

Ubi notandum, Prophetam fuisse apprehensum in cincinno capitis: quia nimirum bona cogitatio nos sublevar, & unicum bonum desiderium nos elevat. Dixit Angelus Habacuc, ut prandium in Babylonem, & in lacum ad Danielem deferret, cui ille: *Nec Babylonem vidi, nec lacum novi.* q. d. si scirem viam, quæ ducit in Babylonem, & si lacum noscerem, libenter irem. Mox Angelus hoc bono desiderio (in cincinno capitis) eum apprehendit, & ad Dei Prophetam detulit. Ut mox accipit bonum desiderium! ut mox Angelus ansam oblatam arripit! & quàm vim habet vel sola bona cogitatio, ut tale pondus sustineat! Væ his, qui nec solam bonam cogitationem in corde nutriunt.

*Quantum laboret Diabolus, ut
mox subortas in corde bo-
nas cogitationes
evellat.*

PVNCTVM XVI.

Math. 13.

Luc. 8.

Orig. hom. 8. in
lib. Iud. Hebr.
Cogitationibus
bonis perventis
dæmones.

Iud. 9.

Venis Diabolus, & tollit verbum de corde. Mox ut semen sanctæ alicujus cogitationis subortum videt, totis viribus, animiq; conatu enititur, ut de corde tollat, eradicet.

Observat Orig. Madianitas, per quos pestiferi spiritus adumbrantur, in valle Jezraël, hoc est, seminis Dei castra posuisse, castrametantur enim infernales Spiritus circa enascentes bonas cogitationes, ut mox subortas diripiant.

Cùmque servisset Israël, ascendebat Madian, & Amalec. & apud eos figentes tentoria, sicut erant in verbis, cuncta vosta-

Abant, nihil omnino ad vitam pertinet relinquentes, & instar locustarum universa complebant.

Ut in promptu sunt aves Inferni, ut canistrum in capite positum verbi Dei, sanctarumque cogitationum pane refertum abripiant?

Hinc quidam dicuntur esse veluti spiritus præcursores, quorum munus hoc solum est, ut evigilanti homini statim adsint, & frugum nascentes in corde primitias, tam Deo charas, tam Deo debitas, tantoperè requisitas diripiant, ac statim occupent. Ut summo mane, summâ attentione, ac vigilantia, qui nunquam dormiunt, præcurrere, & mille distractionibus mentem occupare, primumque locum tenere conantur!

Anticipaverunt vigilias oculi mei. D. Augustin. legit: *Anticipaverunt vigilias omnes inimici mei;* quod ipse de vigilia Dæmonum nos tentantium intelligit: quasi dicat, non expectant lucem, sed ipsa tenebris involuti, cum expergiscor, statim adsunt, ut inutilibus, ac noxiis cogitationibus in mentem intrent, ut obtortam aliquam bonam cogitationem abigant.

Sic Ambros. ad illa verba: *Præven- runt oculi mei ad te dilectulo.* An nescis, quòd primitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debes? Quotidiana tibi mensis, quotidianus est fructus. D. Bonavent. Item cùm evigilas, statim omnes cogitationes tuas abjice de corde tuo, & offer Deo primitias cogitationum tuarum.

E De bonis cogitationibus, ac propositis opere exequendis.

PVNCTVM XVII.

Sed advertendum est, Deum non delectari bonis tantummodò cogitationibus,

Gen. 40.

Clim. grad. 21.
Dæmones præ-
cursores quinquã.

Psal. 76.

D. Aug. ibid.

Psal. 118.

D. Ambr. ibid.
serm. 19.D. Bon. in in-
for. Novit. p. 4.

c. 4.

Cogitationes
opere destitutæ
non amant Deum